

et ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam \* corroborantes sigilli nostri impressione iussimus  
 insigniri sub testimonio principum, quorum nomina subscripta cernuntur. Sunt autem hii: Viricus  
 patriarcha Aquilegensis, Henricus<sup>y)</sup> patriarcha Gradensis, Cristianus Maguntinus<sup>z)</sup>  
 archyepiscopus, Philippus<sup>x)</sup> Coloniensis archiepiscopus, Arnoldus Treuerensis archi- 5  
 episcopus, Wiemannus Magdeburgensis archiepiscopus, Hartwicus<sup>b)</sup> Augustensis  
 episcopus, Cûnradus<sup>c)</sup> Wormaciensis<sup>d)</sup> electus, Wortuinus<sup>e)</sup> prothonotarius, Seba-  
 stianus Ziani dux Venecie, Florencius comes Hollandie, Henricus<sup>f)</sup> comes de Dietsa,  
 Theodericus<sup>g)</sup> marchyo de Landesberc et frater eius Dedo comes, Cunradus<sup>h)</sup> marchyo  
 Anconitanus, Hubertus comes de Blandrato, Conradus<sup>i)</sup> marchyo Montisferati,  
 Petrus Traversarius de Ravenna, Taurellus Ferrariensis. 10

‡ Signum domini Frederici<sup>j)</sup> Romanorum imperatoris invictissimi. ‡ (M.)

Ego Gotefredus<sup>k)</sup> cancellarius vice Philippi<sup>l)</sup> Coloniensis archyepiscopi et  
 Italici regni archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXVII, indictione X, regnante  
 domino Frederico<sup>m)</sup> gloriosissimo Romanorum imperatore augusto, anno regni eius 15  
 XXVI, imperii vero eius XXIII; feliciter amen; data apud Venetias in palacio ducis  
 XVI kal. septembr.

## 696.

*Friedrich nimmt nach dem Beispiel Kaiser Heinrichs V. und auf Ermahnen  
 des Dogen Sebastiano Ziani die im Reich gelegenen Besitzungen des Klosters 20  
 S. Giorgio Maggiore in Venedig in seinen Schutz.*

1177 August 17, Venedig.

Original im Staatsarchiv zu Venedig (A).

Ughelli, *Italia sacra* ed. I. 5, 1280 aus A = ed. II. 5, 1206. — Muratori, *Rer. Ital.  
 Script.* 12, 501 aus Abschrift; ed. II. 12/1 app. 389 aus A. — Lünig, *Cod. Ital. dipl.* 20  
 4, 1549 n° 25. — Cornelius, *Ecclesiae Venetae* 8 decad. XI/2 241 = Huillard-  
 Bréholles, 4/1, 315. — *Diplomi imperiali e reali* 29 und Tafel 14 Faks. — Simonsfeld  
 in den *Münchner Sitzungsber.* 1906, 409. — Lanfranchi in *Fonti per la Storia di*  
*Venezia* sez. II. *Archivi ecclesiastici, Diocesi Castellana* 2, 138 n° 381 aus A und  
 Kopien. — Koch, *OB. Holland en Zeeland* 1, 334 n° 182 unvollst. — Herkenrath, 30  
*Reichskanzlei Abb.* 3 Teilfaks. — Koch, *Schrift der Reichskanzlei Abb.* 79 Teilfaks.  
 — Böhmer *Reg.* 2588. — Böhmer-Will, *Reg. archiep. Magunt.* 2, 51 n° 157. —  
 Stumpf *Reg.* 4211.

Ein Verzeichnis sämtlicher Kopien, die jedoch für die Textgestaltung unerheblich  
 sind, bietet Lanfranchi. — Verfaßt und geschrieben von Burkhard; als Vorurkunde 35  
 diente das Placitum Heinrichs V. Stumpf *Reg.* 3128.

695. y) Henricus C z) Manguntinus C a) Philipus BE, Phylippus C b) Hartwicus B, Hartwicus DE c) Cûnradus C, Conradus DE d) Wormatiensis B e) Wortuinus B f) Theodericus CDE g) Cûnradus C, Conradus E h) Cûnradus CD i) Friderici BC k) Gotefridus CD, Gotifredus E l) Philippi B, Phylippi CD m) Friderico BCD. 40

21B



(C.) ¶ In nomine sanctę et individue trinitatis. Fridericus divina favente elementia Romanorum imperator augustus. ¶ Ad eterne vite meritum et temporalis imperii gubernaculum apud regem regum credimus nobis proficere, si ipsius ecclesiis boni status augmentum de nostra elementia studeamus apponere. Cum igitur tuicionem gloriosi predecessoris nostri divę memorię Heinrici quinti imperatoris ex ipsius scriptis cognovissemus collatam ecclesię sancti Georgii, quę est in Venetiis, super omnibus possessionibus, quas eadem ecclesia in Romano tenet imperio, dignati sumus tam commendabilia prefati principis imitari vestigia. Hinc est utique, quod, dum essemus apud Venetias, hortatu amici nostri Sebastiani Ziani illustris ducis Uenetię et petitione Leonardi venerabilis abbatis de sancto Georgio eandem ecclesiam sancti Georgii et sancti Stephani pro reverentia et amore eorundem sanctorum in nostrę imperialis tuitionis speciale patrocinium circa omnia bona et quelibet iura, que eidem ecclesię in nostro spectant imperio, adeo clementer suscepimus, ut ei per omnes eius pertinentias pacis et quietis usum per omne Romanum imperium mandato nostro stabiliamus et ipsum quietis et pacis usum diligenti defensionis opera providere intendamus. Confirmamus ergo prefato monasterio omnes possessiones et universa bona et res mobiles sive immobiles et omnia iura, quę predicta ecclesia in toto Romano imperio nunc iuste possidet et tenet vel de cetero rationabiliter deo annuente adipisci poterit, ac imperialis nostrę auctoritatis edicto statuimus firmissimeque precipimus, ut nullus patriarcha, archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, advocatus, vicedominus, gastaldus, villicus, decanus et nulla prorsus magna seu parva ecclesiastica aut secularis persona per arbergarię vel theloni vel fodri occasionem nec pro werre + alicuius eventu nec per aliquod exactionis alteriusve gravaminis ingenium + prenommatum monasterium ac eius abbatem suosque successores inquietare seu molestare aut disvestire presumat. Preterea ex nostrę imperialis auctoritatis vigore precipimus, ut homines prefati monasterii, qui resident vel pro tempore resederint in prefatis possessionibus, nullo modo distringantur per prenomitas <sup>8)</sup> personas nisi in generali placito et ita demum, ut vel per abbatem vel per suum missum causa dirimatur sine ullo banni gravamine. Si quis autem contra hec nostrę imperatorię preceptionis statuta et iussa aliquatenus venire et aliqua ex his infringere aut violare attemptaverit, pena centum librarum auri purissimi noverit se condemnatum, quarum medietas imperiali fisco, residua predictę ecclesię abbati suisque successoribus persolvatur. Ut hec vero prefato sancti Georgii monasterio rata deinceps et inconvulsa permaneant et in oblivionem non cadant, presentem paginam fecimus inde conscribi et maiestatis nostrę sigillo roborari. Testes quoque placuit annotari: Ólricus Aquileiensis patriarcha, Heinricus Gradensis patriarcha, Cristianus Maguntinus archiepiscopus, Philippus Coloniensis archiepiscopus, Arnoldus Treuerensis archiepiscopus, Cónradus Salzburgensis archiepiscopus, Vitalis Castellanus episcopus, Marinus Cloiensis episcopus, Leonardus Torcellensis episcopus, Sebastianus Zyani dux Venetię, Florentius comes Hollandię, Cónradus marchio Montisferrati, Theodericus marchio de Saxonia, Cúnradus marchio Anconitanus, Iohannes Encius predictę ecclesię advocatus, Leonardus comes Absarensis, Dominicus comes Iadrię et alii quam plures.

¶ Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi. ¶ (M.)

Ego Godefridus cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Ytalici regni archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, indictione X<sup>a</sup>, regnante domino Friderico Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XX<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, imperii autem XX<sup>o</sup>III<sup>o</sup>; dat. Venetię in palatio ducis X<sup>o</sup>VI<sup>o</sup> kal. septembris; feliciter amen.

(SI. D.)

696. a) *A statit prenommatas.*